

comprehendit Angelicam, quæ ab illis non descendit, ut contra Lauram in pari gradu existentem firmavit Rota coram bon. me. Merlino d. decis. 519. n. 24. part. 5. tom. 2. recent.

Et primò non obstat quod vocatio foeminarum restricta non fuerit ad foeminas primò admissas, sed omnes proximiores includat de gradu in gradum usque in infinitum: Quia dum foeminae non fuerunt vocatae simpliciter, nec indifferèt, sed cum qualitate filiationis, ibi, succedunt in hujusmodi hereditate filie foeminae magis proximiores, Angelica dici nequit comprehensa, cum non veniat appellatione filiarum, sive vocatio referatur ad Simonem fideicommitentem, sive ad hæredes institutos: respectu enim fideicommittentis est neptis transversalis ex Anastasio fratre, unde licet appellatione filiorum aliquando veniant etiam Nepotes, + ex verisimili mente Testatoris, alisque concurrentibus conjecturis latè congestis in d. Bononien. fideicom. de desideriis coram bon. mem. Merlino in recent. decis. 6. nu. 12. & 13. & decis. 21. num. 5. juncto num. seq. p. 5. Numquam tamen comprehenduntur transversales, nepotes scilicet ex fratribus, cùm isti impropriè tantum, & abusivè hoc nomine appellantur, ut docet Bald. in l. si dotali n. 2. ibiq. Alex. pariter, n. 2. ceteriq. scrib. ff. sol. matrim. idem Bald. in l. si avia. n. 2. ubi etiam Angel. nu. 1. C. de success. edict. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita n. 64. ff. ad Trebell. Bald. cons. 186. sub n. 1. vers. Præterea quæstio lib. 4. Federic. de Sen. cons. 39. nu. 2. bené Franc. Aretin. cons. 37. n. 5. Andr. de Bartolom. post cons. Socc. sen. 52. lib. 1. in 3. subscripti, nu. 10. & 11. Rimini. jun. cons. 246. n. 102. & 103. Respectu verò hæredum Institutorum, est germana soror, quæ numquam venit appellatione filiarum ex propria, vel impropria verborum significacione, nec ex communi uero loquendi, cùm alter filia, alter sorores appellantur ex latè congestis per Fular. cons. 75. & cons. 76. per tot. quem sequuta fuit Rota coram Merlino num. 8.

Secundò, nec obstat, quod ex ratione conservandæ agnationis, & ex expressione nominis generice, familia de Coronis inductum fuerit perpetuum, + & absolutum fideicommissum ad favorum omnium de dicta familia, tam effectivè, quam contentivè, ex deductis in d. Bononien. fideicommissi de Pancaldis coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo, & coram me.

Fuit enim responsum prædicta procedere, ubi ratio conservandæ agnationis non est restricta ad certos casus, vel personas, prout in d. decisione Bononien. fideicommissi de Pancaldis, ubi testator, prohibita alienatione suorum bonorum, addidit hæc præcisa verba, quia voluit ipsa bona perpetuò remanere in familia ipsorum de Pancaldis; nec orationem + restrinxit, quo casu tota familia effectivè, & contentivè censetur comprehensa iuxta doct. Bart. in l. Pater filium 36. §. fundum sub n. 3. ff. de legat. 3. cuius lecturam sequuti fuerunt omnes suprà relati: Secus autem ubi, prout hic, refracta fuit ad præcedentem vocationem descendantium, & hæredum Institutorum, ibi, semper, & perpetuo in infinitum de gradu in gradum sint, permaneant, & conserventur in ipsa familia, & agnatione de Coronis, penes supradictos ejus nepotes hæredes institutorum; ut suprà, & ibi, & hoc pro honore, honestate, & dignitate Domus, & familie de Coronis, diciturque ejus nepotum, & descendantium, ut suprà: Tunc enim non ampliat, nec extendit fideicommissum ultra personas expresse consideratas, sed restringitur, & declaratur secundum qualitatem

ipsius substitutionis, cui adnectitur nec egreditur descendentes linea effectivæ personarum institutarum, jux. celebr. conf. Dec. 636. nu. 7. & 12. vers. nec supradictis obflare videtur, Alex. d. cons. 59. n. 8. vers. nec obstant illa verba, & sub nu. 21. vers. non obstat quod illa verba lib. 3. ubi ad nostrum propositum ponderat, quod verba illa, ut sèpsum est expressum, & per modum suprà expressum, operantur, ut dispositio referatur, & restringatur ad substitutos in parte præcedenti expressos. Ruin. conf. 96. n. 12. vers. Præterea, lib. 2. & cons. 124. n. 17. lib. 3. Alciat. cons. 9. sub n. 13. litt. F. vers. & in primis, & consl. 35. n. 12. lit. B. vers. quanto respondetur, lib. 9. Cephal. conf. 17. num. 24. cons. 477. nu. 16. & consl. 544. num. 15. Decian. cons. 1. nu. 178. & seqq. lib. 2. Menoch. cons. 85. nu. 119. & consl. 682. n. 2. vers. Nam respondetur, Peregr. consl. 45. nu. 8. lib. 1. consl. 44. n. 13. vers. secundo quia probabilitio lib. 3. Odd. consl. 66. sub nu. 53. & consl. 67. nu. 15. & 19. Hond. consl. 78. nu. 49. & seqq. lib. 1. Gabr. consl. 138. nu. 26. cum duob. seqq. lib. 2. Bellon. jun. consl. 12. num. 43. & melius numer. 65. cum seqq. Fusar. consl. 100. nu. 21. Giovagnon. consl. 97. nu. 9. lib. 1. Altograd. consl. 60. n. 124. Peregr. de fideicom. art. 29. nu. 39. Surd. decis. 85. nu. 2. & hanc opinionem millies amplexa fuit Rota inter divers. decis. 698. n. 16. & 17. part. 1. coram Cardin. Seraph. dec. 482. nu. 6. dec. 883. n. 4. 5. & 6. & dec. 1023. nu. 10. coram Cardin. Caval. dec. 513. num. 3. coram bon. mem. Coccino dec. 294. num. 7. in recent. dec. 100. n. 7. dec. 300. n. 20. cum pluribus seqq. & dec. 316. nu. 6. 1. part. dec. 267. sub nu. 6. vers. & quando fuisset, & dec. 707. num. 2. & 7. vers. & cum post hujusmodi p. 2. dec. 368. nu. 6. & 7. p. 5. dec. 15. num. 5. cum seqq. part. 7. & aliis relatis dictum fuit in Spoletana fideicommissi 29. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Peutinger. & in Roma. fideicommissi de Ferratinis 19. Nov. præterea, coram eodem §. non obstat quod Gaspar. circa fin. versic. Adeo quod evidenter. Clausula enim illæ, penes supradictos ejus nepotes hæredes institutos, ut suprà, diciturque ejus nepotum, & descendantium, ut suprà, sèpsum geminatae, ac positiæ, tam in principio, quam medio, & fine totam dispositionem, omnésque substitutiones in ea contentas, qualificant perinde, ac si singulis fuissent apposita, per text. in l. 3. §. filius inter medias ff. de lib. & posthum. Angel. consl. 28. nu. 2. Ancharen. consl. 68. n. 1. part. 2. Decian. consl. 70. nu. 19. lib. 3. Grat. dec. March. 135. num. 14. Et restringunt dispositionem ad personas superius, omnemque impediunt extensionem, sive comprehensionem aliarum, præter nominatas, ad text. in l. qui liberis. hæc verba ff. de vulgar. & pupill. Dec. consl. 377. n. 4. circa fin. versic. & in hoc primo considerandum est, Ruin. consl. 181. n. 2. vers. cum ergo in eadem oratione, lib. 2. bené Aym. consl. 98. n. 8. Ubi quod, licet appellatione hæredum veniant hæredes hæredum, istud tamen fallit, quando testator prius nominalasset aliquos hæredes, & deinde aliquid in eis dispositisset, appellando dicitos, seu supradictos hæredes, Menoch. consl. 86. n. 43. & consl. 610. n. 2. cum pluribus seqq. ubi quod verba, illi dicti mei hæredes, &c. intelliguntur solum de primis hæredibus nominatis, Fusar. consl. 89. num. 4. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 14. nu. 22. Simon. de Præcis de interpr. ult. volunt. lib. 2. dub. 2. fol. 2. n. 214. fol. 171. à tergo, Surd. consl. 123. num. 13. & d. decis. 85. nu. 3. Rota dec. 272. nu. 6. & 8. & dec. 283. nu. 9. part. 6. recent. ubi quod verba illa, dictis ut suprà,

Ad materiam de Alim. Cap. XXIV.

41

prà, tanquam restrictivè ad supra nominatos non debent inducere ampliationem sed potius limitationem.

Nec relevat quod specificatio nepotum, & descendantium, post generalē mentionem familiæ, importet solum prælationem eorumdem, non autem exclusionem aliarum personarum contenatur sub præcedenti generali mentione, ex doctrin. gloss. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso vers. nominati sunt, ubi etiam Bart. nu. 1. & Castr. n. 4. ff. de legat. 2. quam sequunt fuerunt Menoch. consl. 200. n. 12. & 13. & consl. 706. n. 8. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. c. 4. n. 33.

Objectum enim procederet si testator in parte dispositiva, & vocativa ultra certas personas vocasset etiam totam familiam, ut figuratur à glsl. & ceteris D.D. eam sequentibus in d. §. in fideicommisso, ubi quod instituta erat familia Petrus, & Joannes, quo casu genus præcedens, vel subsequens non restringitur à specie, sed nominatio, & specificatio personarum solum tribuit nominatis prælationem: Secus autem ubi, prout hic, in parte dispositiva, & vocativa nulla fuit facta mentio familiæ, sed vocati tantum fuerunt hæredes instituti, illorumque descendants. Dum enim vocatio ab initio restriktiva fuit ad certas personas, non potest fieri extensio ad alias, quamvis in parte prohibitiva facta fuerit expressio familiæ, dum, ut hic, expressio facta est cum relatione, & taxativa ad personas superius vocatas, ibi, & penes supradictos ejus nepotes hæredes institutos, ut suprà, & ipsorum nepotum hæredum filios, & descendants masculos, & ibi, diciturque ejus nepotum, & descendantium, ut suprà: Hinc enim, stantibus dictis distinctionibus taxativis, & relativis, specificatio personarum non tribuit solam prælationem, sed restringit dispositiōnem ad personas tantum expressas, ut sequendo text. in l. legata supellecili ff. de supell. leg. docet idem Bart. in d. §. in fideicommisso n. 1. ibi, Ratio est quia quando præcedit genus, & sequitur enumeratio specierum per modum taxationis, tunc genus restringitur ad illas species tantum, idemque tradit Castr. d. n. 4. & agnoscit Molin. d. cap. 4. sub n. 35. vers. Quidquid autem, cum aliis bene relatis in nos terminis per Fusar. qu. 359. n. 14. & 15.

Prout tertio non obstat quod linea masculina in Conditione posita intelligi debeat de linea Contentiva Testatoris.

Quia etiam respectu ipsius, intelligi non possit nisi de contentiva, in casu tamen nostro sensus sumi non debet à Testatore, sed ab hæredibus institutis, & sic est intelligendum de illorum tantum linea + & familia effectiva, nedum quia in dubio appellatione linea venit solum linea effectiva, & descensiva ab ipsis institutis, argumento text. in l. qui liberis s. hæc verba ff. de vulg. & pupill. Bald. consl. 321. n. 1. vers. item cum facimus mentionem lib. I. & consl. 334. n. 9. & 10. lib. 3. Ruin. d. consl. 153. n. 10. & II. lib. 2. Sim. de Praet. ubi suprà lib. 3. fol. II. n. 41. vers. in Dubio tamen, cum aliis relatis per Rotam in Romana fideicom. de Marianis 16. Mariti 1643. coram Reverendissimo D. meo Decano §. Respectu vocationis: Sed etiam quia dum Testator restinxit vocationem ad hæredes institutis, illorumque filios, & descendants, non est amplius ambigendum de non comprehensione alterius linea contentiva: Idque etiam si agatur de fideicommisso favorabili relatio pro conservatione agnationis, in quo latior fieri solet interpretatio; quia dum ipsa ratio conservanda agnationis est restriktiva ad filios, & descendants hæredum institutorum, nec est apta ultra illos fideicommissum extendere, ut suprà

Decisiones ad Tract. de Alim.

firmatum fuit, vocatio linea ad illius pariter terminos est restringenda; fideicomissa + enim 21 tanquam odiosa strictè sunt interpretanda; nec extendi debent de persona ad personam contram, & verba expressa Testatoris, Aretin. in l. gallus, §. & quid si tantum n. 19. ff. de lib. & postib. Dec. in l. illam n. 11. C. de colla. cum aliis ad nostrum propositum relatis per Rotam coram Cardin. Seraph. d. decif. 883. n. 2.

Quartò demum, nec relevat quod sicut testator vocavit foeminas etiam remotissimas, ita pariter, & multò magis vocasse censeatur proximiores masculos, & consequenter Anastasium proprium fratrem, quem summo amore, & affectione prosequebatur.

Quantum enim attinet ad alios proximiores, quatenus etiam extarent, non essent comprehensi, nisi descenderent ab ipsis hæredibus institutis, ex suprà deductis; quo verò ad Anastasium, dum ille de tempore testamenti cujus erat, ac testatori bene cognitus, & nihilominus ad successionem invitatus non fuit, argumentum prædilectionis retorqueatur, eoque magis dum extincta linea masculina, foeminas descendants præstulit, absque ipsius mentione; hinc enim si testator illum vocare, & comprehendere voluisse + utique proprio nomine expressisset, prout ipsius filios, & descendants expedit, argumento, l. unic. C. de caduc. toll. Nec applicantur deducta per Rotam coram sanct. mem. Greg. decis. 464. sub n. 19. & in Tiburtina fideicommissi, coram E. D. Card. Panzirolo; Quia Rota ibidem non deduxit vocationem proximioris, ex sola vocatione personarum remotioris gradus, sed ex eo, quod etiam proximior proprio nomine vocatus non fuerit, comprehendebatur tamen sub generali nomine proximioris, seu majoris natu, qui non est casus noster; cum Anastasius, nullo modo comprehendendi possit, stantibus enixa restrictivis per fideicommittentem appositis, ut latè superius firmatum fuit.

Ex his igitur cum clare liqueat vocationem tam masculorum, quam foeminarum, restrictam fuisse ad filios, & descendants hæredum institutorum, illorumque lineam effectivam; Domini resolvuntur non constare de fideicommisso, ad quod Angelica sit vocata, sive vocationem prætendat ex persona Anastasii ejus Patris, sive ex persona propria, vel ob contemplatam rationem conservandæ agnationis.

Et ita utraque, &c.

DECISIO XXXV.

R. P. D. MELTIO.

Maceraten. Redditionis Rationis.

Mercurii 20. Februarii 1647.

SUMMARIUM.

- 1 Fructus stabiliū taxantur in rationem quinque pro centenario.
- 2 Taxa à commune civitatis facta attendit.
- 3 Hæres venditionem factam à defuncto impugnare nequit; Et num. 5.
- 4 Tutor ex causa aris alieni potest alienare bona pupilli: Sive ejus hæredes repetunt soluta pro pupilli, n. 11. De bonis pupilli dotat, n. 15.
- 6 Confusū in voluntario non admittitur divisio, d 3 ue

- ut tanquam una persona approbet, & tanquam alia reprobet, & num. 7.
- 8 Confessioni deductis ex libro tutelari standum est.
- 9 Testes examinati super fructibus recollectis, debent deponere praesentes fuisse recollectioni: Duo probant, n. 23.
- 10 Fructus percipiendi ex conjecturis probantur.
- 11 Clavis, plus, vel, minus; ejus arbitrio, importat arbitrium boni viri.
- 12 Constitutio dotis facta à Tutele facultatem habente dotandi ejus arbitrio, dicitur potius declarata, quam aucta.
- 13 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 14 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 15 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 16 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 17 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 18 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 19 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 20 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 21 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 22 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 23 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.
- 24 Dotis congruitas metitur à qualitate conjugum, & coniugidine loci: Excessivitas, & dolus probari debent, ut Tutor teneatur de excessu, num. 16.

Resolutum fuit sub die 17. Martii 1645. debitum illorum de Amicis ex causa administrationis bonorum, factæ per Marcum Antonium de Amicis, uti Tutelem Francisci Ferri Pupilli ascendere ad scuta 29857. 70. Condemnati enim fuerunt. Primo in scutis 5760. pro fructibus prædii Collis ab anno 1579. usque ad annum 1643. ad rationem scutorum novem quolibet anno. Secundo in scutis 14341. pro pretio prædii Cimarellæ tanquam sine causa, & per consequens nulliter alienati. Tertiò in scutis 12548. pro fructibus hujus prædii, ab anno 1579. usque ad annum 1596. ad rationem quinque pro centenario. Quartò in scutis 420. pro fructibus prædii Burgi ad rationem scutor. 15. annuum. Quintò in scutis 320. 80. pro pensionibus nonnullarum domuncularum. Sextò in scutis 630. pro censu cum communitate Massacei, quæ partitæ in totum constituant summam scutorum 34023. 80. ex qua tamen per DD. sub eadem die ad favorem eorumdem de Amicis detracta fuerunt scuta 4166. 10. ut appareat ex eadem decisione, atque ita eorum debitum remansit in prædicta summa scutorum 29857. 70. sed cum, super eisdem, sub hac die, causa fuerit reproposita, ordinarunt Domini, ut dicta Decisione, quod assertum debitum, reformaretur juxta sequentem modum.

Quoad primam partitam, circa prædiūm Collis, pro rata pupillorum, scutor. 1110. indivisa cum Marcello eorum patruo, qui prædiūm usque ad annum 1582. vendidit Patribus Societatis Jesu, declaratum fuit illius fructus esse taxandos in scutis 55. pro quolibet anno, & sic ad rationem quinque pro centenario, cum ista taxatio & præsumatur iusta saltem donec contrarium probetur, Bald. in l. per diversas n. 13. in fin. C. mandat. & in l. si fundus in fin. ff. de reb. eor. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 20. num. 21. Gratian. disceptat. Forens. 723. num. 16. Honded. conf. 31. n. 52. lib. 1. Menoch. conf. 358.

- num. 23. Rot. decif. 475. num. 4. part. 4. recent. Buratt. decif. 399. num. 10. & ibi Adden. litt. A. & decif. 538. n. 2. Civitatis Castelli fideicommissi 19. Martii 1623. coram Manzanedo, & sic secundum legalem præsumptionem, quam Rota in liquidandis fructibus stabiliū, passim servat iuxta gloss. in autb. præterea C. de Sacro. Eccles. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloss. 6. nu. 19. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quest. 1. num. 6. Fulgin. de jur. emphyt. in tit. de contr. emphyt. quest. 22. nu. 29. Buratt. decif. 65. num. 3. & ibi Adden. litt. A. & decif. 130. num. 7. & in recent. decif. 523. num. 3. part. 5. 135. num. 18. part. 6. Duran. decif. 182. n. 1. & decif. 197. num. pariter 1. Bononien. Prædii 21. Maii 1640. coram R. P. D. meo Ghijerio, & in eadem 28. Januarii 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Fanen. Prædii 1. Julii 1643. coram Reverendissimo D. meo Præside Valliuletano. Liquidatio autem facta in præterita decisione, sub dicta die 17. Martii 1645. ortum habuit ex liberculo dicti Marci Antonii, loquente de hujusmodi prædio, quæ habita hodie fuit pro errore, cum appareat ex summario illorum de Amicis dato sub 14. Januarii præteriti nu. 1. ex eodem prædio fuisse perceptas tantum salmas 14. annua frumenta ex causa Affictus, quæ a Marcello Ferro patruo Pupillorum, soluta fuerunt, scilicet ab anno 1579. 1580. 1581. & 1582. quæ quantitas recollecta occasione dicti Affictus, in dictis quatuor annis non sufficit pro liquidatione sequentium annorum, cum adit certa taxa civitatis Maceratae, ut appareat ex dicto summario num. 2. & 3. scilicet ab anno 1578. usque ad annum 1590. in quibus frumentum venditum fuit tantum florenos octo, pro qualibet salma constituentibus scuta quatuor, quæ taxa tanquam facta à commune Civitatis, & est attendenda, maximè cum ex illis libris publicis fuerit extracta, Bart. in l. quedam §. nummularios ff. de eden. & faciunt notata per eundem in l. fin. ubi Alberic. ff. ad l. Jul. de Annon. Pinell. in l. 2. part. 3. cap. 4. & ult. nu. 3. C. de rescind. vend. Seraph. decif. 1245. num. 8. Caval. decif. 361. num. 1. & in rec. decif. 479. num. 3. part. 2. & decif. 330. num. 2. part. 4. Maceratan. liquidationis fructuum 23. Januarii 1617. coram bo. me. Coccino Firmana, seu Maceraten. Dotis 10. Decembri 1627. coram bon. mem. Pirovano, Antonitata Prædii 10. Februarii 1640. vers. quarum Salmarum, & 22. Junii 1641. vers. quod frumentum coram eodem Pirovano. Quæ publica liquidatio tantò magis servari debet, quanto correspondet legali, quæ pro tutiore, & certiore passim à Rota habita fuit, ut in Reatina Juris redimenti 4. Julii 1631. in ordine decif. 19. n. 11. post Moder. Peruf. de manut. Unde dicta scuta 90. annua debent reduci ad scuta annua 55. & sic sunt detrahenda scuta 35. quolibet anno, quæ spatio 65. annorum, scilicet ab anno 1579. usque ad annum 1643. constituant summam scutorum 2275. quibus detractis ex dicta summa scutor. 5760. creditum illorum de Ferris remanet in hac parte, tantum in scutis 3485.
- Prædiūm Cimarellæ duas habet inspectiones, scilicet respectu pretii, quo illud fuit venditum, usque de anno 1596. sub 21. Augusti, ut ex instrumento per acta Horatii Mazzoli in summario eorumdem de Amicis n. 20. litt. F. illis de Compagnonibus pro scutis 14341. & respectu fructuum, qui taxati fuerunt in summa scutorum 12548. ad rationem scilicet quinque pro centenario, ab anno 1579. usque ad annum 1596. quo fuit venditum.

Quoad

Ad materiam de Alim. Decif. XXV.

Quoad primam partem circa pretium, existimatū fuit eosdem de Amicis, non esse gravandas in hac summa, cum appareat dictum Prædiūm fuisse venditum ex causis necessariis nempe solatione aris alieni, quo premebantur pupilli sub gravibus usuris, ad rationem scilicet septem, & octo pro centenario, ut erant census qui fuerunt extinti à dicto Marco Antonio, dum de illo tempore fructus censum ascenderant ad rationem septem, octo, & decem pro centenario; quæ alienatio eò fortius susinetur, dum Ludovicus hæres Francisci, & motor hujus litis, quam Ferri tanquam filii, & hæredes prosequuntur, unà cum Tutele supplicavit summo Pontifici, ad effectum obtinendi licentiam vendendi dictum prædiūm, & successivè tam Breve postea obtentum, quā venditionem cum Judicis Decreto, & consanguineorum interventu subsecutam cum omnibus in eis contentis, ac solutiones singulorum debitorum ex pretio factas, voluntario ejus consensu, amplissimis verbis præsito approbat, & confirmavit, cum obligatione ejus personæ bonorum, & hæredum; ut appareat ex publico instrumento celebrato sub die 18. Octobris 1614. summario Amici prima positionis n. 20. Ideo non licet hodie illius hæredibus + dictam venditionem impugnare juxta text. in l. ex qua persona ff. de reg. jur. l. cum à Matre C. de rei vendic. Surd. conf. 573. nu. 33. vers. Sexto dico. Buratt. decif. 229. nu. 11. vers. & ideo retractari non potest, & dec. 275. n. 12. vers. cui Hieronymus, & in terminis fidejubentis in venditione ad favorem emptoris idem dec. 690. nu. 4. Gregor. dec. 25. n. 10. maximè cum ulteriori dictum pretium fuerit erogatum, non solum pro solvenda dote Barbaræ sororis pupillorum, aliisque debitis, præcedente auctoritate summi Pontificis, & Judicis deputati sententia, usque ad summam scutor. 10190. ut appareat ex partitis datis, in summario eorumdem de Amicis sub dicta die 14. Januar. n. 20. lit. B. C. D. quæ solutiones factæ fuerunt etiam cum ordine, & approbatione dicti Patris, & auctor eorumdem de Ferris, ut ex eodem summario nu. 20. litt. D. E. F. qui ulteriori se obligavit de evictione ad favorem emptorum, ut eo facilius alienatio dicti prædiūm solum haberet effectum, dicto summario num. 20. litt. G. ita ut dicta solutiones ordinatæ, & approbatæ à Ludovico non possint nunc ab ejus hæredibus reprobari, Rot. decif. 37. n. 19. part. 5. & dec. 51. n. 7. part. 6. rec. Residuum vero pretiu dicti prædiūm Cimarellæ, scilicet scuta 2850. fuerunt investita in censibus pro cautela emptorum, ut ex eodem summario nu. 22. Qui hodie possidentur ab eisdem de Ferris, qua etiam ratione non potest ab eis impugnari venditio, Rot. coram Cavalerio decif. 100. n. 4. & coram Buratt. dec. 301. n. 3. & 4. propterea idem Marcus Antonius uti Tutor + poterat bonam fidem agnoscere alienando dictum prædiūm pro solutione aris alieni, ut liberaret pupillum à gravioribus usuris, ad Text. in l. quoties §. sicut in fin. ff. de admin. Tutor. leg. magis puto §. non passim in fin. ff. de reb. eor. Gutier. de tutel. part. 2. cap. 9. nu. 2. vers. ubi etiam. Cott. in suo memor. in verb. decretum. Jūdic. requiritur quando tutores volunt alienare bona immobilia pupillorum, &c. Rolan. conf. 33. n. 1. lib. 1. Corn. conf. 109. n. 2. & conf. 207. num. pariter 2. ibi, quia non possunt prædia minorum alienari nisi pro solvendo ore alieno, vel ex causa dotis, vel simili, &c. Hond. conf. 23. num. 26. lib. 2. Affict. dec. 249. n. 1. vers. 6. & 7. Rot. dec. 34. n. 4. part. 3. recent. Romana fideicommissi, de Zuccaris 14. No-

vemberis 1639. §. cum re vera, coram Reverend. D. meo Decano. Pro cuius prædiūm alienationis validitate, cum de debitis eorumdem pupillorum dubitari non possit, cum fuerint etiam approbata à dicto Ludovico, ut suprà concurrit etiam aliud requisitum, quod creditoris valde urgebant, pro eorum satisfactione, ut appareat ex summario eorumdem de Amicis dato in secunda propositione causa, sub 20. Februarii præteriti n. 3. in quo legitur sententia super deliberatione hujus prædiūm ad instantiam eorumdem creditorum, unde cum talis urgentia pateat, eo magis alienatio convalidatur, Text. in l. magis alienatio convalidatur, Text. in l. magis puto §. passim, vers. si do urget creditor. ff. de reb. eor. & ibi Bart. l. Tutor urgentibus ff. de minor. Paris. conf. 85. nu. 20. lib. 3. Roland. a Valle conf. 33. n. 1. & seq. lib. 1. Honded. dicto conf. 23. n. 28. Affict. d. decif. 249. n. 1. vers. videlicet 1. Romana nullitatis contractus 4. Maii 1640. coram d. Reverendissimo D. meo Præside Valliuletano.

Nec vila fuit applicari responsio prioris decisionis, in §. replicabatur, vers. patet; quod Ludovicus censeatur renunciare ratione juris fideicommissi, quod habebat, sed non juris mox acquisihi ex institutione de se facta à minore; quia dum Ludovicus promisit obseruare instrumentum venditionis Cimarellæ, & approbavit omnia in eo contenta tenetur obseruare, + etiam quod factus fuerit hæres Francisci, quia forte potuisset impugnare, Crav. de indemn. mulier. n. 10. cum seqq. Menoch. præsumpt. 49. n. 5. lib. 3. Cavalcane. de tutor. num. 175. & nu. 243. cum seq. Hond. conf. 19. nu. 11. lib. 2. Milane. decif. 10. nu. 31. cum seq. lib. 1. Mastrill. decif. 287. nu. 30. & 37. cum seq. ubi bene loquitur quod tenetur obseruare, tam proprio quam hæreditario nomine. Et quia non deducitur renunciatio, sed consensus venditionis, ejusque approbatio, cum omnibus in ea contentis, ac etiam consensus, & approbatio solutionum prædictarum, in quibus approbatione, & consensu voluntaris, non admittitur divisio personæ, + & quod approbaverit tanquam una persona, & reprobare possit tanquam alia, ut per Menoch. conf. 58. nu. 31. cum pluribus seq. Montan. de tutor. cap. 33. n. 480. & 481. Rot. dec. 78. n. 5. part. 1. rec. neque enim in his quæ pendent ab intellectu, & consensu, potest quis tanquam una persona, intelligere, affirmare, + & consentire in uno, idemque tanquam alia negare, & impugnare, Lap. alleg. 22. nu. 4. ubi Adden. litt. I. Seraph. decif. 1027. nu. 5. Rot. dicta decif. 78. sub n. 4. part. 1. & dec. 293. nu. 10. part. 5. recent.

Quoad aliam inspectionem respicientem fructus hujus prædiūm, Domini transierunt cum fundamento decisionis, quæ revidebatur, scilicet illos esse taxandos ad rationem quinque, pro centenario. Apparet enim ex libro tutelari Marci Antonii Tutoris, ut ex summario illorum de Ferris n. 7. dictum prædiūm anno 1578. reddidisse fructus valoris scutor. 668. 26. anno 1579. scutor. 633. 10. anno 1580. scutorum 738. 86. anno 1581. scutorum 469. 42. In hoc autem anno non reperiuntur delcripta, nec adnotata legumina, minuta, pulli, sues, oleum, & vinum, & in annis præcedentibus, anno 1582. scutor. 883. 49. anno 1583. scutor. 558. 63. quo anno apparent omessa lana, minuta, oleum, &c. cui quidem confessioni + valde stolidum videtur, ut deducatur ex dicto libro tutelari, ut bene ultra adducta, in dicta decisione sub 17. Martii in §. cessat, firmat Gratian. discept. Forens. cap. 739. n. 17. Mascal. de probat. concl. 974. d 4